21505

relictae olim Valentini Piekut Nicolai Starkowski et Dorothea Proszen-
ska coniugum Joannis Benedicti olim Alberti de ibidem hered[itarii] no-
mine sani mente et corpore existens palam et libere recognoverunt
et quilibet eorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi Genero-
sum Alexandrum Radziszewski atque Nobilem Paulum olim Clinke
onaridi Piekut comparticipem suum ad omnes in genere et sin-
gulas in specie Causas et Actiones suas judiciarias in judicio
Tribunalis Regni Lublinen[sis] cum quibuslibet personis Ratione qua-
rumvis differentiarum habitas et habendas in suos veros et le-
gitimos Plenipotentes elegerunt constituerunt et ordinave-
runt. Dando et concedendo eisdem Plenipotentibus suis omni-
modam et absolutam facultatem et plenariam potestatem
Causas easdem suas generaliter omnes tuendi defendendi
decreta suscipiendi promovendi juramenta attentandi et
omnia juris munia veris Plenipotentibus incumbentia exercendi
Promittentes id totum quidquid per eos in causis suis juridice
factum gestumve fuerit pro rato et grato firmo ac valido
suscepturi non secus ac si ipsimet sua in persona id peregissent.

Olszewska Twarogi Donatio.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Branscen[sibus] perso-
naliter comparens Nobilis Agnes filia olim Joannis Olsze-
wski consors Nobilis Lucae filii Alberti Koc cum assistentia eiusdem
mariti sui uti tutoris coniugalis sana mente et corpore existens a
foro suo proprio et jurisdictione quavis competenti recedendo. Hu-
ic vero foro et jurisdictioni Castren[si] Branscen[si] secum bonis
omnibus et successoribus suis totaliter incorporando palam ac
libere recognovit. Quia Nobili Agneti filiae olim Stanislai Dzwon-
kowski relictae consorti olim Nobilis Severini Olszewski et suis po-
steris Bona sua omnia mobilia et immobilia hereditaria pater-
na materna quaesita obligatoria aliasque totam et integram sortem
suam in bonis Twarogi Wypychy consistentem se recognitam post
parentes et Nobilem Severinum Olszewski patruum suum
iure naturalis successionis concernentem, in Areis Hortis agris pra-
tis Campis Sylvis et omnibus in genere ac singulis in specie

utilitatibus fructibus prouentibus nullis exceptis nec pro se et su-
is successoribus reseruatis, et prout ea bona solamet tenuit habuit
et possidebat. Cum omni iure suo dominio proprietate pro-
pinquitate ac titulo haereditario pura mera sincera ac ir-
reuocabili donatione dedit donauit et perpetuis tempori-
bus resignauit et inscripsit. Cui iam extunc realem intromissionem
cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem quemuis Regni
Generalem et Nobiles duos officiose acceptandam dat et admittit
Submittitque se ac de bonis suis inscribit cum suis posteris
eandem donatariam suam et ipsius successores ab omni impedimento
juridico quarumuis personarum propinquorum et remotarum
cuiusuis sexus status et conditionis existentium per et ultra omnes
praescriptiones Terrestres tueri defendere euincere et liberare inter-
cedere solusque per se et per submissas personas non iniuriari
Sub damnis Terrestribus simpliciter taxatis et edicendis. Et coram Of-
ficio praesenti Castrensi Branscensi cui se hac in parte recessu su-
prascripto mediante cum bonis et posteris suis incorporat in
primo citationis Termino peremptoria instantia. Nullis contrariis exce-
ptionibus allegationibus dilationibus euasionibus infirmita-
tibus motionibus appellationibus earumque prosequutionibus prae-
missa euadere volendo, imo se omnibus in uniuersum juribus re-
mediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure con-
cessibilibus uti abscribendo. Praesentemque inscriptionem ex his Actis au-
thentice depromptam ad Acta Terrestria in sui absentia transferri
consensit. Personali sua recognitione in praemissis mediante.

Hryniewicze

Donatio.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter
comparentes Laboriosi Siemion de Hryniewicze Subditus Generosi
Philemonis Hryniewicki et Laboriosa Chwiedora consors Nobilis Siemon
Hryniewicki soror eiusdem Laboriosi Siemion sani mente et corpo-
re existentes palam ac libere recognouerunt. Quia Nobili Andreae olim
Raphaelis Strelowacki de Hryniewicze haeredi et ipsius posteris Lo-